

loquētē. Moysi autē legem & euangeliū dicit Mahometus a deo esse; deum libros Moysi & christo dedisse. Sed hi non sunt metrici v[el] rhythmi; Et nullus aliorū pphetarū q[ui] diuinā vocē audierūt/dixit deum metricē locutū esse; quod & sapientes & philosophi homines dedignant. Vnde & intulerūt quidā hoc Mahometo: sicut dicit in capitulo Elempij; quod interpretatur prophete; dicentes ei: Potius quidē igit somnias; potius quidē igitur tripudias; & alia quēcūq[ue] talia huic impp[er]abant; considerantes/q[ui] non solū hęc locutio non est a deo/sed neq[ue] oīno pphetica. Vterius autē lex hęc plena est assentatione in verbis; & magis quā quis posset credere vel dicere. Aliquando enim per totum cap[itu]lū subtexit: Precio dignū quidē nihil; solū autē quod deus est magnus & excelsus & sapiēs & bonus; & q[ui] eius sunt omnia que sunt in celo/& que sūt in terra/& que sunt in medio; & q[ui] iuste iudicat; Et scđm quodlibet verbū duplicat/dicens: laudet ipse; Et hoc oīno absq[ue] necessitate aliqua duplicat centies & plus; & post hęc dicit: Non est deus p[re]ter deum; & credite in deū & in apostolum eius; seipsum ap[osto]lū dei nominās Et dicit hęc omnia absq[ue] medio ex ipso ore dei dicta esse; & q[ui] nesciebat hęc dicere Mahometus; sed hic est mos in deo; eum de seipso tanq[ua]m de altero dicere; q[ui] deus est magnus & excelsus. & alia huiusmodi/que duplicare desuetū est. Notandū & hoc q[ui] etiam turpissimis & maxime carnalibus nominibus lex hęc utit: sicut his, s. coitus & luxurię; sicut mos est his qui humi depressi sunt. De locutione iam & sententia/firmū & manifestum est omnibus legentibus; q[ui] sit fabulosa. Sed & si per totū talis ē; in quibusdā tamen pauca quedā que precio digniora videntur apponam. Dicitur enim in cap[itu]lo Emele; quod interpretat[ur] musca: q[ui] Salomon magnū angelorū congregauit exercitū & hominum & irrationaliū animaliū: Recedentes autē inuenerunt quasi fluuiū quendā muscarum; & tunc iam dixit muscę: O musca/vos introite in habitationes vestras ne corrumpat vos Salomon & exercitus huius. Et musca subrisit. Et paulo post oēs aues in exercitu inuentę sunt; musca autē absens. Et dixit Salomon: Quid est q[ui] non video muscā? puniam eam/ & amputabo caput eius; vel reddet mihi rationē p[ro]pter quā abest & longe est Et dixit: Didici quod vos ignoratis; & veni ad vos ex Sabęa cū veris nuncijs; inueni enim mulierem imperantem illis; & coegi

1
lex fara
cenorū
plena as
sentatōe

non

2
3
Est tur
piū ver
borum
plena

Est fa
bulosa

Fabula
de Mu
sca